Fragmentarium

Et quid quod bonum est nobis tam bonum videtur et assecutum quidem
non pauca in principio sed ob omnia. Verum assecuto omnia
visum est scribere non omnia sed de omnibus quae ad fidem legenti
um confirmandam credere idonea. quia nec ipse mundus
si scriberentur caperet omnia. Unde sacrum consultu nonnulla
quae ab aliis sunt dicta praeterit. Ut multa sparsa in evange
liorum gemmis refulgerent. et propriis quibusdam singuli librorum isto
rum gestorumque miraculis eminerent. Theophilus interpretatur
amans deum vel amatus a deo. Quisquis ergo amans deum sive a deo
se desiderat amari. ad se scriptum putet evangelium. et ut sibi datum
munus sibique commendatum pignus conservet. Ne videlicet
acceptam verbi pecuniam vel terrena dilaceratione hereticorum sor
didae cupiditatis erugo devastet. Non autem novorum quorum
libet eidem theophilo et velut ignotorum ratio pandenda. sed
eorum de quibus eruditus es verborum promittitur veritas expri
menda. scilicet ut quoquid ordine de domino. Vel a domino gestum
dictumve sit agnoscere queat. Neque enim qui perfectus esse
cupit solummodo in Christum credere. sed et fidem perpetuae divini
tatis et temporaneae dispensationis illius debet ordine nosse.

FUIT IN DIEBUS HERODIS REGIS IUDAEAE SACERDOS QUIDAM
NOMINE ZACHARIAS DE VICE ABIE ET UXOR ILLI DE FILIABUS
AARON ET NOMEN EIUS ELISABETH.

Sacratissima praecursoris domini nobilitas non solum a parentibus
sed et a progenitoribus gloriosa descendit. quatenus adventus
illius fidem non subito inspiratione conceptam. verum antiquae le
gis propagatione susceptam liberius praedicaret. Et quidem
Aaron primi in lege pontificis cunctis est nota dignitas. dicen
dum pauca de Abia. Cum David rex et propheta magna devotione
peteret. Utinam inveniret tabernaculum deo Iacob. Dominus autem magis
hoc a Salamone fieri decerneret. atque ideo David idem Salamoni

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Paris, BNF, Baluze 270, f. 124-131 + Paris, BNF, lat. 5288, f. 34-41, ParisBNFBaluze270_263_f124r – Bede's commentary on Luke (https://fragmentarium.ms/view/page/F-s74n/437/6529)